Quelle: https://manuscripta.at/?ID=832
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

officiorum et quorumcumque quibus in curia ipso facto Romana curia relinquerent omnes insuper transeat in ipsa curia pedentes ad se eo casu adunarent put et nonnulla alia in ipso presenti decreto dicuntur plenius continentur nos et nonnulli nobis cura officii pastoralis astricti ad tuendam iniuriosi status aplice auctoritatem cardinalium quoque patriarcharum archiepiscoporum episcoporum prelatorum officiariorumque et aliorum curialium predictorum assertorum ipsius decreti et effectum presentis tendentium ac in hac parte supplicantium ut super premissis providere vellemus grauiq querela commoti auctoritate domini nostri ihu xpi qui nos suis meritis constituit vicarium ac de plenitudine nostre potestatis pronunciamus decernimus ac ea declaramus premissis assertis decretis ac omnia et singula in eo contenta nullum et nullum penitus effecisse et esse nullius auctoritatis valoris vel momenti ipsumque et quicquid in eo comprehensa eadem auctoritate reuocamus cassamus irritamus et priscum statum habere volumus et mandamus decernimus insuper et ea statuentes presentis domini beneficiorum officiorum dignitatum pensionum commendarum seu titulorum quorumque collationes et dispositiones quasque in vim eiusdem decreti huiusmodi et qualitatemque factas et fiendas et omnia inde secuta notorie nullius effecisse nec esse firmitatis mandamus insuper omnibus et singulis xpi fidelibus cuiuscumque et secularibus cuiuscumque dignitatis status seu conditionis existant ea s imperiali regali papali cardinalatus patriarchali vel quauis alia refulgent dignitate sub anathematis pena et priuationis qua contrafacientes incurrere volumus ipso facto dignitatum officiorum suorumque quorumque ac in habilitatibus ad illa seu alia in posterum obtinenda ne cardinales patriarchas archiepos episcos prelatos officiarios clerus et alios Romana curia sequentes in eorum presentia seu in eius curiastis hanc spiritualibus seu temporalibus vel quibusuis occasione presenti decreti turbent quomodolibet vel molestent nec ea sunentibus prestent auxilium consilium vel fauorem parique pena illos qui auctoritate vel occasione quarumque ea aut eorum aliquam ausi fuerint attentare volumus subiacere in habilitatibus eos adquirendi dignitates honores officia et beneficia in posterum obtinenda Supplentes eos eadem plenitudine omnes defectus siquis forsan intercesserit in premissis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre pronunciationis constitutionis declarationis reuocationis cassationis irritationis volumtatis mandati statuti in habilitationis et supplentis infringere vel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum Datum Romae apud sctm laurentium in damasis Anno incarnationis dominice Millesimoquadringentesimo tricesimotertio Die Septembris pontificatus nri Anno tricesimo

folio. 47

Quemadmodum episcopus seruus seruorum dei vniuersis xpi fidelibus salutem et deum nouit ut ista bulla est scripta in pnti scptmo ante octo kalendas Oct

Nulli ergo omnino